

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Chaplaincy, Lewisham

PROPER of the MASS

THURSDAY AFTER ASH WEDNESDAY

Psalm 54:17,19,20,23,2,3

DUM clamarem ad Dominum, exaudivit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi: et humiliavit eos, qui est ante sæcula et manet in æternum: jacta cogitatum tuum in Domino, et ipse te enutriet. *Ps.* Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, et exaudi me. Glória Patri.

DEUS, qui culpa offēderis, pœnitentia placaris, preces pópuli tui supplicántis propitius respice; et flagella tuæ iracúndiæ, quæ pro peccatis nostris merémur, avérte. Per Dominum.

Isaias 38:1-6

IN diebus illis: Ægrotávit Ezechías usque ad mortem: et introívit ad eum Isaiás filius Amos prophéta, et dixit ei: Hæc dicit Dóminus: Dispóne dómui tuæ, quia moriérís tu, et non vives. Et convértit Ezechías fáciem suam ad paríetem, et orávit ad Dóminum, et dixit: Obsecro, Dómine, meménto quæso, quómodo ambuláverim coram te in veritáte, et in corde perfécto, et quod bonum est in óculis tuis fécerím. Et flevit Ezéchias fletu magno. Et factum est verbum Dómini ad Isaíam, dicens: Vade, et dic Ezechíæ: Hæc dicit Dóminus Deus David patris tui: Audívi oratiónem tuam, et vidi lácrimas

INTROIT

When I cried to the Lord, He heard my voice from them that drew near to me: and He humbled them, Who is before all ages, and remains for ever: cast thy care upon the Lord, and He shall sustain thee. *Ps.* Hear, O God, my prayer and despise not my supplication: be attentive to me and hear me. Glory be to the Father.

COLLECT

O God, Who by sin art offended and by penance appeased, mercifully regard the prayers of Thy suppliant people: and turn aside the scourges of Thine anger, which we deserve for our sins. Through our Lord.

EPISTLE

In those days Ezechias was sick even to death, and Isaias the son of Amos the prophet came unto him, and said to him: Thus saith the Lord: Take order with thy house, for thou shalt die, and not live. And Ezechias turned his face towards the wall and prayed to the Lord, and said: I beseech Thee, O Lord, remember how I have walked before Thee in truth, and with a perfect heart, and have done that which is good in Thy sight. And Ezechias wept with great weeping. And the word of the Lord came to Isaias, saying: Go and say to Ezechias: Thus saith the Lord the God of David thy father: I have heard thy prayer, and I have seen thy tears: behold I will add to thy days fifteen years: and I will deliver

tuas: ecce ego adjíciam super dies tuos quíndecim annos: et de manu regis Assyriórum éruam te, et civitátem istam, et prótegam eam, ait Dóminus omnípotens.

Psalm 54:23,17-19

JACTA cogitatum tuum in Domino, et ipse te enutriet. Dum clamaram ad Dominum, exaudivit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

Matthew 8:5-13

IN illo tempore: Cum introísset Jesus Capharnaum, accessit ad eum centúrio, rogans eum, et dicens: Dómine, puer meus jacet in domo paralyticus et male torquétur. Et ait illi Jesus: Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait: Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit; et alii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen dico vobis, non invéni tantam fidem in Israél. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte, et Occidénte vénient, et recúmbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cælórum: filii autem regni ejiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fetus, et stridor déntium. Et dixit Jesus centurióni: Vade, et sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

Psalm 29:1-3

AD te, Domine, levavi animam meam. Deus meus, in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim universi, qui te exspectam non confundentur

thee and this city out of the hand of the king of the Assyrians, and I will protect it, saith the Lord almighty.

GRADUAL

Cast thy care upon the Lord, and He shall sustain thee. When I cried to the Lord, He heard my voice from them that draw near to me.

GOSPEL

At that time, when Jesus was in Capharnaum, there came to Him a centurion, beseeching Him, and saying: Lord, my servant lieth at home sick of the palsy and is grievously tormented. And Jesus saith to him: I will come and heal him. And the centurion making answer said: Lord, I am not worthy that Thou shouldst enter under my roof: but only say the word and my servant shall be healed. For I also am a man subject to authority, having under me soldiers, and say to this: Go, and he goeth; and to another: Come, and he cometh; and to my servant: Do this, and he doeth it. And Jesus hearing this, marvelled, and said to them that followed Him: Amen I say to you, I have not found so great faith in Israel. And I say to you that many shall come from the east and the west, and shall sit down with Abraham and Isaac and Jacob in the kingdom of heaven: but the children of the kingdom shall be cast out into the exterior darkness: there shall be weeping and gnashing of teeth. And Jesus said to the centurion: Go, and as thou hast believed, so be it done to thee. And the servant was healed at the same hour.

OFFERTORY

To Thee, O Lord, have I lifted up my soul: in Thee, O my God, I put my trust; let me not be ashamed; neither let my enemies laugh at me: for none of them that wait on Thee shall be confounded.

SACRIFÍCIIS præsentibus, quæsumus Dómine, inténde placátus: ut et devotióni nostræ proficiant, et salúti. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largiris, et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælórúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti júbeas, deprecámur, súplici confessiône dicéntes:

Psalm 50:21

ACCEPTABIS sacrificium justitiæ, oblationes, et holocausta, super altare tuum, Domine.

CÆLESTIS doni benedictiône percépta: súpplices te, Deus omnípotens, deprecámur; ut hoc idem nobis et sacraménti causa sit et salútis. Per Dominum.

PARCE, Domine, parce populo tuo: ut dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per Dominum.

SECRET

Look down favourably, we beseech Thee, O Lord, on these Sacrifices, that they may profit us both unto our devotion and salvation. Through our Lord.

PREFACE FOR LENT

IT IS truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty and everlasting God. Who by the fasting of the body dost curb our vices, elevate our minds and bestow virtue and reward; through Christ our Lord. Through whom the angels praise Thy majesty, the dominions worship it, and the powers stand in awe. The heavens and the heavenly hosts, with the blessed seraphim join together in celebrating their joy. With these we pray Thee join our voices also, while we say with lowly praise:

COMMUNION

Thou shalt accept the Sacrifice of justice, oblations and whole burnt offerings, upon Thine altar, O Lord.

POSTCOMMUNION

Having received the blessing of this heavenly gift, we humbly entreat Thee, almighty God, that it may be to us an assurance both of sacramental grace and of salvation. Through our Lord.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Spare, O Lord, spare Thy people: that whereas they are deservedly chastised, they may find relief in Thy tender mercy. Through our Lord.